non sine periculo natantibus equis ripisque male dispositis; ideo multi perierunt. Deinde facto congressu multi trucidantur Sarracenorum eorumque campotaneus[a], nonnulli usque ad civitatem Massora eos cedendo insequuntur. Finaliter Sarraceni considerato eorum inordinato processu resumptis viribus irruunt in eos et undique valantes[+] oppresserunt. In ipsa quoque die Sarraceni super nostros undique confluxerunt et deficiente Christianis balistariorum subsidio usque ad nonam impetum sustinuerunt. Vulneratis autem in magna parte vel occisis Sarracenorum equis Christiani campum habuerunt. Inter ceteros mortui sunt comes Atrebatensis[+] et duo alii comites. Tunc castrametati sunt iuxta machinas, quas[+] Sarraceni dimiserant et pontem construunt, ut ad se ceteri transire possint. Alio die Sarraceni maximo numero congregati[+] undique Christianos i(n)petunt, qualiter prius nu(n)quam fecerant. Christiani vero ordinato exercitu impetum sustinentes multos ex eis interficiunt et eos tandem repellunt.

IIII particula qualiter Damiata est reddita Sarracenis et de Pelavicino et crudelitate Ezelini et quibusdam incidentibus.[b]

a) cāpotane ? massora h. l. c.

+ sic c. vagantes?

+ ātbatēs, c. ?

+ q̃s c.

b) die Überschrift glänzend rot (mit Mennige)